

spiritualium totaliter convenit ipsi rebus, cum enim sint actu intelligibiles, non egent extrinseca illustratione, qua transferuntur ad ordinem intelligibilem, unde propter se habent respectu intellectus, sicut in sensibilibus ad sensum, ex alia vero parte cum res materiales etiam in intellectu angelico proprias possint imprimere species, ut probat Doctor ex professo d. 3. q. 1. & cum nequeant ratione materia- litatis agere totaliter in spiritu, ac speciem spirituales totaliter producere, ut probatum est, consequens est, ut etiam in Angelis ad- mitti possit, ac debeat intellectus agens, quia quod competit, & est perfectio in inferiori natura, debet quoque competere superiori, de quo fufus dicemus in Met. disp. de intellectu angelico, nam in his libr. agit de intellectu humano, praefertim conjuncto. Et hinc denique patet, cur necessarius sit intellectus agens non autem sensus agens, quia species sensibiles, cum sint extensa, atque cor- poreae, sunt eiusdem ordinis corporei cum ipsis objectis, atque ideo objecta materialia possunt totaliter eas refundere absque alterius po- tentia, quae dicitur sensus agens, et pariter modo dicebamus de ob- jectis spiritualibus in ordine ad intellectum, sed species intelligibi- les sunt extra ordinem rerum corporearum, & superioris ordinis, at- que ideo nequeant illas totaliter causare, sed indigent ope intellectus agentis.

121 Cum autem hic asserimus intellectum esse causam efficien- tem speciem intelligibilem, sane id non asserimus, quasi sit causa totalis, & integra se solo, nam longe probabilius est, phantasma quo- que, vel obiectum extra in ordine ad intellectum separatim active concurrere, & in genere causae efficientis, saltem minus principalis, tum quia ita expressit doctor Scotus d. 3. q. 8. lit. D. & quod. 1. s. & q. 4. d. 4. quae. 2. s. ad resolutionem, & cum eo omnes ferre Scotus, tum quia cum species impressa in suo ordine sit similitudo objecti, sicut expressa, omnes rationes, quibus supra probatum est expres- sam non totaliter ab intellectu produci, idipsum quoque de im- pressa concludunt, ut eas pertractandi patebit, unde qua ratione defenditur unum, debet quoque & alterum defendi, cum nulla in hoc appareat disparitas: Tum quia in specie intelligibili repe- riuntur rationes, & formalitates utriusque correspondentes, & pro- portionatae, est enim in essendo similis intellectui agenti ob eius spiritualitate, & in representatione similis objecto, vel phanta- smati, ergo procedit ex utraque influxus, cum ex tali correspon- dentia formalitatum in effectu soleamus eius deprehendere cau- sas principales, unde hac ratione quoque concluditur phanta- sma non concurrere, ut merum instrumentum intellectus agen- tis, quia instrumentum in suo ordine causandi nulla correspondet formalitas in effectu, quam attingat virtute propria, ut dictum est di- sp. 7. Phys. quae. 5. sed tantum id reservatur causae principali. Tum quia etiam male dicitur, quod phantasma concurrat materia- liter ad speciem productionem, nam vel intelligitur, quod concurrat ut subiectum, in quo ipsa species recipitur, & hoc non, quia tale subiectum est intellectus possibilis, illi namque imprimitur spes- cies ab intellectu agente, non phantasmato; vel dicitur concurrere materialiter, tanquam subiectum, ex quo ipsa species educatur, & neque hoc, quia licet in hac habitudine ex quo aliud proprie consistat causalitatis materialis, tamen ad hanc semper sequitur habi- tudo in quo aliud, ergo si phantasma non est subiectum, in quo species recipitur, neque erit subiectum, ex quo educitur, quia idem est subiectum in quo forma recipitur, & ex quo educitur, vel tandem concurrat, ut materia, circa quam operatur intellectus agens, & neque hoc, quia operatur, tantum circa intellectum possibilem. Tum deinde, quia defendi non potest intellectum agentem species totaliter producere per se solum assistentiam phantasmatum, ut ad eorum exemplar speciem effingat intelligibilem, sed vere debent ipsa quoque phantasmata concurrere, alioquin pariter defendere pos- semus obiectum non concurrere ad speciem expressam, sed tan- tum eius assistentiam requiri, ut ad eius exemplar producatur, imo hac ratione negare possemus omnem causalitatem causis secun- dis in ordine ad suos effectus, eamque totam Deo tribuere, & di- cere ex parte causarum secundarum solum requiri assistentiam, ut nempè ad praesentiam signum producat, & sic de aliis. Dum vero dicimus phantasmata simul cum intellectu agente concurrere ad speciem productionem, quia sit intelligendum nomine phanta- smatum, ac scilicet sola species sensus interni, an etiam adus ip- si, dicendum est consequenter ad ea, quae superius diximus de pro- ductione speciem in sensu interno mediantebus externis disp. 4. nu. 82. & seq.

122 Contra existentiam, & necessitatem intellectus agentis mul- ta obiciunt hostes speciem relati quae. preced. primo quia ob id praecipue ponitur, ut faciat intelligibilia in actu, at res ipsae a parte rei, & secundum se sunt actu intelligibiles eo ipso, quod ha- bent propriam entitatem, & veritatem. Secundo, quia nullus datur sensus agens, nec voluntas agens, ergo nec intellectus agens, nam ita se habet intellectus ad intelligibilia, sicut sensus ad sensibilia, & voluntas ad volubilia. Tertio, quia alioquin, & in Angelis necessa- rius esset, cum & ipsi quoque materialia intelligant. Quarto, quia etiam admissis speciebus intelligibilibus adhuc intellectus agens videtur supervacaneus, cum solum phantasma ad eorum productionem sufficere videatur, nam si quid oblatere, praesertim esset, quia agens corporeum nequit effectum spirituale producere, qui est superioris ordinis, sed hoc non oblat, quia est species excedat obiectum materiale in una perfectione, scilicet spiritualitate, potest aliunde superari in alia, quae est maior, quia species semper est acci- dens, at obiectum materiale interdum est substantia; tum quia ignis

torquet spiritus, sacramenta corporea physice causant gratiam, & alia exempla suppetunt in contrarium. Quinto, quia quando etiam ad productionem speciem exigeretur concursus ex parte animae, & animae substantia cum phantasmate sufficere videtur ad species pro- ducendas circa opera facultatis, aut solus intellectus possibilis. Sexto, si daretur intellectus agens id praesertim esset, in ideo si- mul agat, & patiatur, at hoc in actionibus, & passionibus aequivoce nullum est inconveniens. Septimo, vel ponitur intellectus agens, ut agat in phantasma, vel in intellectu possibilem; non primum, quia nequit assignari, quid in eo producatur, vel circa illum operetur, neque 2. quia intellectus possibilis de se dispositus est ad quamcumque spe- ciem recipiendam, & quocumque caleatur. Octavo, species pertinet ad obiectum, & est varia objecti, ergo totaliter ab eo produci debet, non ab intellectu. Tandem hic intellectus agens in anima separata foret penitus otiosus, quia non haberet phantasmata conjuncta, a quibus species abstrahere possit.

123 Respond. ad p. neg. minorum, nam res materiales quoad cogitationem abstractivam ac in ordine ad intellectum conjunctum non sunt actu intelligibiles, nisi per speciem, non quidem quia ma- terialitas sit conditio intrinseca repugnans intelligibilitati, ut com- munitur putatur, sed quia materiale pro statu illo non attingitur ab intellectu, nisi prius per omnes sensus transierit, in quo transitu paulatim deparatur, unde tandem cum ab intellectu attingitur, iam in- venit deparatum, & defecatum ad materialitatem, & extensionem. Ad 2. si comparatio fiat uniformiter, nempè intellectus ad intel- ligibilia in actu, & sensus ad sensibilia, valet paritas, & ideo supra di- cebamus in ordine ad objecta spiritualia intellectum agentem neces- sarium non esse, quia totaliter emittunt suas species, nec debent trans- ferri de ordine in ordinem, qui ambo intra ordinem spiritualium continentur, at si comparatio fiat dissimiliter, nempè sensus ad sen- sibilium in actu, & intellectus ad intelligibilia in potentia, uti sunt objecta materialia, neganda est paritas, quia objecta materialia esse possunt causae totales speciem intelligibilem, quod item ma- teriales sunt, non tamen sensibilia, quae sunt merè spirituales; negatur etiam de voluntate, & intellectu, quia ut notat Doctor quod. 1. P. quando obiectum est actu intellectum, est quoque actu volubile, unde non requiritur aliqua actio ex parte voluntatis praepa- rans obiectum ipsi, ob quam admitti debeat voluntas agens, & idem docet lit. M. dum dicit, quod ad hoc ut intellectum fiat actu volitum, non est necessaria translatio de ordine in ordinem, quia actu intel- lectum est sufficienter proportionatum voluntati. Ad 4. iam diximus ex Scoto in Angelis quoque necessarium esse intellectum agentem, quicquid Thomista reclamant, probabile enim est posse accipere species à rebus, etiam de facto illas praehabere à Deo infusa, ut contendunt Thomistae. Ad 4. neg. rationem illam non urgere, fundatur enim in eo principio, quod imperfectus nequit producere perfectius totaliter, latè à nobis probato disp. 7. Physic. quae. 6. corporeum autem à toto genere est inferioris ordinis ad in- corporeum, & spirituale, & saltem est, quod obiecta materialia mo- ventia sensum sint substantia ipsa materiales, ut sic, quia sensus non se profundat ad substantiam, nec illa substantia sensum movent, nisi ut accidentibus involute, & illa exempla quoque passim negantur à Doctore, nam & ignis torquet spiritus intentionaliter, & sacra- menta causant gratiam moraliter. Ad 5. iam in superioribus dixi- mus animam operari mediis suis potentis, & sic in proposito ad abstrahendas species rebus materialibus indiget aliqua potentia, nec ista esse potest intellectus ipse possibilis ob rationem in probanda conclusione allatam, sed debet esse alia potentia, vel formaliter dis- tincta, quae dicitur intellectus agens vel saltem ratio officii, ut de sensibus internis, diximus disp. praeced. quod. 8. art. 5. Ad 6. iam diximus illam non esse praesertim rationem ponendam intellectum agentem, alioquin poni deberet sensus agens, & voluntas agens, sed praesertim ratio est productio speciem intelligibilem. Ad 7. non requiritur intellectus agens, ut aliquid imprimat in phantasma, sed ut una cum illo speciem producat intelligibilem in possibili, ad quod munus solum phantasma non sufficit ob suam materialitatem. Ad 8. potest concedi quaevis, quando obiectum est eiusdem ordi- nis cum specie producenda, at non quando est ordinis diversi, nimirum obiectum materiale, & species immaterialis, tunc enim obiectum quo indiget intellectus agens. Ad ultimum, non erit intelle- ctus agens otiosus in anima separata, quia & ipsa accipere potest species à rebus, sicut Angeli, ut ostendit Doct. 4. d. 4. quae. 3. & nos dicemus disputat. ult. alia argumenta Durand. Narbonneusis, Scali- geri, Joan. de Guevara, & aliorum negantium intellectum agen- tem videri possunt apud Licet. libr. de intell. agente, ubi adamus- sim eis satisfacti, nos ea non referimus, quia in relata plurimum recidunt, & ex eorum solutione facile eluuntur, praeterquam quod nec omnes relati Auctores intendebant absolute negare intellectum agentem, nam re vera nobiscum eius officium, & munia con- cedunt, sed negant illum, velent potentiam ab intellectu possibi- li ex natura rei condididam, ut communiter solet à Peripatetice consisti.

124 Secundo, obicitur ad probandum posse intellectum pos- sibilem species abstrahere saltem generum, quia omni impedi- mento sublati, quod primo à sensu externo, & interno potest, est singulariter sensibile infimae speciei, cuius phantasma una cum intellectu agente non nisi imaginem impressam infimae speciei producit, ut ergo deinde abstrahatur species naturam genericam representans, munus erit intellectus possibilis. Consi. omnis cau- sa naturalis non impedita edit primo nobiliorem, quem possit effe- dum,

tant affectus, potest quandoque contingere, quod talis, ac tanta fiat commotio, ut temperamentum, & symmetria qualitatum destruat, & morbus caleatur, vel sit contra; & hoc quia virtus motiva, & attractiva humorum subdit imperio imaginativae, & maxime in homine, in quo adest potentia rationalis, & voluntas. Similiter in corpore alieno non potest per se immediate agere, & si quandoque ab aliquibus opera quaedam admiranda conciliantur, vel sunt miracula, & virtute divina, vel arte magica, & ope Dae- monum sunt, fascino autem, non vi imaginativae, sed quia ab oculis exeunt vapores quidam maligno humore infecti, qui corpus facinorati attingentes, male illud afficiunt. Major difficul- tas est de impressionibus factis in corpore proli, cui respondent aliqui provenire ex spiritibus, qui speciebus intentionalibus infor- mati representantibus objecta imaginativae concurrunt ad locum generationis, & vitalium specierum imprimendum in corpore proli imaginem objecti imaginati, & concupiti. Hunc tamen modum rectè impugnat Averl., quia species cum sint intentionales, non videntur posse producere effectum aliquem reale in corpore; qui est perfectior illis. Alii dicunt imaginativam solum per mo- dum directionis causare hoc effectum, quatenus dirigit virtutem formativam. Sed falsè quia virtus formativa non est agens per cog- nitionem, sed per se ad animam vegetativam: Melius dici po- terit virtutem formativam propter radicationem in eadem anima fidei imaginativae, quae est potentia superior, & ex naturali sub- ordinatione, & ex connexione operari iuxta affectum, & appren- sionem tam imaginativae, quam sensitivi appetitus, sicut po- tentia motiva quoque agit iuxta imperium imaginativae, haec autem virtus formativa non solum in femine decido, sed etiam in

ipsa matrice reperitur, esseque virtus ipsius matris, ut diximus disp. 8. de gen. q. 2. vide Averl. cit. & Thomam Ficum lib. de Viribus imaginationis.

Dices: quod nota hae potius in una parte, quam in alia inurantur, & praesertim cur in his partibus corporis factus, in quibus mater praeg- nans feliciter vivit? quod est tam multis experientis confirmatum, ut negari nequeat. Aliqui respondent hoc casu evenire. Possunt ta- men dicere, causam esse quia mater tali conficitur sensu partem illam tactam, non solum sensum tactus, sed etiam imaginativam po- tentiam, quae simul fortiter apprehendit obiectum conceptum, hinc non solum applicat virtutem formativam ad imprimendas notas il- las, sed etiam ad impressionem in tali parte corporis determinatam.

Quaeres adhuc, cur fructus, vel aliud simile, puta vinum figu- ratum in carne pueri utrum tempore magis rubeat, quam quolibet alio tempore? Huius dubio difficillimè certe responderet aequa- re, & potius divinatio quaedam assignabitur, quam vera responsio; dici tamen poterit, hoc ex influxu aliorum provenire, sicut enim tunc temporis alra magis influunt in uvas, quam alius temporibus, unde & illas perficiunt, maturaque reddunt, ita quoque peculia- rem habent influxum in quolibet habens aliquam similitudinem, & connexionem cum vis, & vino; qualis est nota illa corpori im- pressa, haec enim & si non in forma substantiali, saltem in figura, & proprietate quadam convenit cum vino: Hæc etiam est ratio, cur vinum in lineum album effusum tempore vindemiarie ita macu- lat, & rubore tingit, ut difficillimè sine livore deleatur, quod alius temporibus non accidit, quia felicitè propter peculiarem aliorum influxum vinum maxime convenientem, magis roboratur, firmatque adhaeret.

DISPUTATIO SEXTA.

De potentis animae rationalis, & primò de Intellectu, ac ejus actibus.

Post tractationem de potentis in particulari animae vegetantis, ac sentientis, nunc agendum est de potentis animae intelle- ctivae, quales sunt Intellectus, & Voluntas; quae enim ad ejus substantiam pertinebant, ut origo, immaterialitas, infor- matio, immortalitas, &c. ac ad ejus potentias in communi ut earundem ab ipsa anima discretio, & a se invicem, jam in su- perioribus disputationibus, quas de anima in communi, ejusque speciebus, & potentis instituis, discussa sunt: unde in praesenti sole potentia rationalis animae remanent consideranda: Quia vero tum in essendo, tum in operando intellectus ordinis natu- rae voluntatem praecedit, ut in progressu ipso patebit, prius de Intellectu, ejusque actibus in praesenti disp. sermonem ha- bebimus, & mox de Voluntate in sequenti.

QUESTIO PRIMA.

An intellectus sit potentia immaterialis, & inorganica, ubi de conversione ejus ad phantasmata.

Nomine intellectus hic intelligimus partialem illam animae facultatem, qua homo cognoscit, & sapit, ut loquitur Arist. 3. de Anima ab initio, & cum quaerimus eius immaterialitatem, non tam loqui- mur de ejus immaterialitate in essendo, de qua satis supra diximus disp. 1. quam in operando, ut sensus sit, an talis animae facultas suas exerceat operationes per organa, hoc est, determinatam corporis partem, veluti sensus, qui suas exercet per organa determinata, ut visum per oculum, auditionem per aurem, &c. Avempar. & Albumazar apud Averr. lib. 3. de Anim. comm. 5. & Alexand. ibidem cap. 4. intellectum quoque statuerunt potentiam organicam seu organum alligatum in operando, verum etiam in essendo; nam compositum illum, neculum ex materia, & forma, & sed etiam est elementorum mix- tum generationi, & corruptioni prorsus obnoxium. Alii vero quamvis ipsum fateantur immortalem, adhuc tamen organum alligatum in operando, ita Joan. Huart. lib. de discernendis ingenis cap. 1. & 6.

Dicendum tamen est cum communi Philosophorum, intel- lectum esse potentiam immaterialem, & inorganicam. Ita Scotus quod. 9. D. ubi ait, quod intellectus est operatio immaterialis per oppositum ad operationes sensitivas, quae dicuntur organicae, quia exercentur per organa determinata, & sic materiales, quod requirunt determinatam partem corporis determinatè complexiona- tam, & per oppositum intellectionem operationi non organica, non enim per aliquam partem corporis determinatam exercentur, & hoc modo intellectus dicitur esse nullius partis exercere, & intelligi sic, ut in nulla parte, vel per nullam partem proprie exercent operationem suam, sicut potentia sensitiva, ita ibi Do- ctor, quod amplius declarat 4. d. 4. q. 2. s. respond. & d. 4. q. 7. & alibi frequenter, docetur palam ab Arist. tum loco à Doctore ci- tato 2. de Anim. 1. 1. ubi intellectum appellat nullius partis corporis actum, quia non est alligatum organo corporeo, tum 3. de Anim. 6. ubi ait, neque rationalis est, ipsum mixtum esse cum corpore, qualis enim quidam utique feret calidus, aut frigidus, & est instrumentum aliquod, sicut sensitivus, nunc autem nullum est; tum ratione, quia omnis potentia organica languens, si organum debilitetur,

unde experimento compertum est hac de causa omnem virtutem organicam laedi vehementer sensibili proxiis, quod organum laeditur, secus est de intellectu, ut docet Arist. 1. de Anim. 6. qui tantum adest, ut laedatur ab excellenti intelligibili, quod potius pericitur, ac roboratur; imò languente corpore intellectus magis vigere videtur, ut constat in sensibus, qui proditores sunt, ac sapientiores juvenibus; Tum etiam quia facultas organica ob suam materialitatem, & alligationem ad determinatam corporis partem limitatur ad cognitionem rerum sensibilibus, & singula- rium, nec virtutem habet reflexivam supra proprios actus, ac intel- lectus his limitibus non coercetur, non enim sola sensibilia attingit, sed etiam incorporea, & spiritualia, non solum singularia, sed universalia quoque, & insuper virtutem habet perfecte reflexivam supra proprios actus, quae omnia ex progressu huius disputatio- nis constabunt, ergo potentia organica nullatenus esse potest. De- nique probatur evidenter, quia potentia intellectiva remanet in ani- ma separata corrupto organo corporeo, ergo non est potentia orga- nica illi addita: consequentia patet, quia potentia organica inter- rit, & destruitur destructo organo, & toto conjuncto, cui erat al- ligata in sua operatione, ut constat de omnibus potentis sensitivis, sic eruto oculi perit potentia videndi integra, & completa, quae sola est proxime potens exercere actum videndi, est remanet par- tialis animae facultas, quae est sola potentia remota, & inchoata; probatur assumptum, quia animae separatae sunt praedicatae intellectu, ut est potentia proxima ad intelligendum, cum sint beate ante cor- porum resurrectionem, beatitudo autem sine intellectione consiste- re nequit.

2. At in oppositum obicitur soler, Primò, quod intellectus impeditur in suis functionibus facta laesione cerebri, ut patet in phrenetice, & amentibus, ergo est potentia organica, patet consequentia, quia non secus colligimus visum esse potentiam organicam, nisi quia eius operatio impeditur laeso oculo; Deinde quia nisi intel- lectus est organica, homo per quamlibet partem corporis intelli- geret, quod est saltem, dicitur enim homo per cerebrum intelli- gere, non per manus, vel pedes; consequentia patet; nam totum organum determinat virtutem, & dispositionem operandi potentiae; ergo quae non sic determinatur, per singulas corpo- ris partes operari possunt. Demum intellectus nosler in omni sua cognitione, & operatione à sensu dependet, adeo ut nunquam intellectus intelligit, & versatur circa aliquid obiectum, quin etiam sensus interni illud cogitet, quae de causa dicebat Arist. 3. de An. 30. & 29. oportere intelligentem phantasma, [speculari] ergo

ergo saltem dum est conjunctus corpori, est potentia organica, enim in tantum impeditur operatur, quamvis enim non habeat organum proprium, eger tamen alieno, scilicet organo imaginatio- nis objecta intelligibilia sibi representantur.

3 Respon. ad 1. neg. conseq. ad probationem dicimus aliter impediri intellectum læsione cerebri, aliter visum ratione oculis, & quælibet aliam necessariam læsione sui organi, intellectus enim in tantum impeditur extrinsecus, quatenus scilicet phantasmata, à quibus in hac vita pendet intellectus in sua operatione, sunt indispõsita ob læsionem cerebri, quod impedimentum simile est ei; quo vitius aliquando extrinsecus impeditur, ne videat objectum, ex nimia scilicet ejus distantiâ, aut indispõsitione mediæ, totum enim hoc impedimentum extrinsecus est oculi, ac veluti per accidens, quia intrinsecus non est malè dispõsitus; at cum oculus est læsus, tunc potentia visiva intrinsecus est impedita, quomovis videat, & sic contingit de quælibet alia potentia organica, cum enim intrinsecus constituitur ex organo, & partiali animæ perfectione, eo ipso quod organum est læsum, ipsa quoque intrinsecus, & per se vitata censetur; at intellectus non ita vitatur ex læsione organi, unde saltem per divinam potentiam fieri potest, quod intellectus etiam in hac vita puras habeat intellectiones læso cerebro; quod ergo ex læsione phantasiæ amittatur usus rationis, & intellectio perturbatur, evenit ex ordine potentiarum, & independentiâ, quam habet intellectus pro statu isto à phantasia, quia enim intellectus utitur internis sensibus, veluti sanis, si vitentur, sequuntur etiam detrimenta in intellectu; unde ex hoc non sequitur intellectum esse potentiam organica; sed tantum pro hoc statu pendere in operando potentiam organica. Ad 2. quæritur quomodo est parte intellectus, cuius potest animam in quacumque corporis parte habere operationem, quia sicut anima rationalis est tota in toto, & tota in quolibet corporis parte, ita & intellectus ei realiter identificatus, modo tamen dicitur potius intelligere in capite, & per cerebrum, quam in aliis corporis partibus, quia sensus, quorum ministerio eger in sua operatione, in capite, & cerebro resident, non alibi. Ad 3. admittit antecedente, adhuc negatur conseq. nam etiam sensus interni admittit externis, ut sibi objecta subministrant, neque exinde sensus externos dicimus esse organa internorum, ita in proposito, quamvis intellectus indigeat phantasia sibi objectum offerente, & deducit phantasia, ut organum intellectus, sed tantum intellectum pro statu isto potest, dum operatur, potentiam organicaem ancillatam, scilicet phantasia, ac ejus famulatu indigere.

4 Ad majorem dictorum intelligentiam duo dubia hic examinare oportet, quæ cum hæc quæstione magnam habent affinitatem, cum ex eorum recta solutione immaterialitas intellectus in operando maxima parte dependat. Primum est, an in omni prorsus intellectio- ne pro statu isto necessaria sit conversio intellectus ad phantasmata, hoc est, dum intellectus in specie intelligibilibus contemplatur universale, an opus sit phantasmata tunc temporis simul, & semel in phantasmate fidei sensibilibus singulari imaginari, nihil enim aliud est intellectum converti ad phantasmata, ut docet Doct. p. d. 3. q. 6. lib. N. & Tartar. 2. de Anim. quæst. 1. dub. 2. quæ quod intelligens universale per intellectum imaginatur singulari sensibile per phantasia. Alterum est, unde oriatur ista necessaria connexio intellectus cum phantasia in operando, num scilicet ex intrinseca, & essentiali ratione intellectus, ut sic, an potius ex conditione intellectus in statu conjunctionis cum corpore, vel aliunde.

5 Et quidem quoad primum dubium non est difficultas de intellectu in prima, ut aiunt, motione, hoc est in acquisitione specierum, & prima intellectio facta per eas, sic enim omnes concedunt intellectum phantasmatis indigere; tum quia ex ipsis elicit species intelligibiles: tum quia primæ intellectiones ex objectis externis ortum habent, hæc autem species sensibiles in sensibus externis, & phantasmata in imaginatione producantur, ex quibus intellectio incipit; tandem quia in prima intellectio- ne nil percipit intellectus noster in hac vita, nisi via sensus, qui species sensibiles transmittit ad phantasia, cujus species dicuntur phantasmata, quæ subministrant objecta intellectui nostro: Tota ergo difficultas est de intellectu in secunda motione, num scilicet etiam post specierum acquisitionem, & primam intellectio- nem postea deinceps illi ut intellectio- nibus abique conversione ad phantasmata; Negant quædam sententia- rum, quæ intellectum solum in prima motione phantasmatis indigere, quibus Scot. favere videtur p. d. 3. q. 1. ad princ. ubi expendens dictum Arist. 2. de An. phantasmata hæc habent ad intellectum, ut sensibilia ad sensum, at id esse verum tantum in prima motione, non vero in secunda quantum ad omnem actum sequentem; præsertim vero afferunt illi intellectum in cognoscendo rebus spiritualibus non pendere ab actuali operatione sensus, quod experimento comprobatur in viris sanctis, qui in raptu, & extra purè spiritualiter Deum contemplantur omnino independentes à sensibus, ita Avicem. in tract. de An. Albert. lib. 3. tract. 2. cap. 19. Averr. Simple. Themi. Philop. Ten. Venet. & 3. de An. circa text. 30. & 39. Conimb. 2. de An. cap. 8. qu. 8. Tolet. 3. de An. q. 2. Roccus q. 24. Arriag. disp. 4. de An. num. 92. ubi etiam dubitat de prima omnino cognitione, nam si species phantasticæ, inquit, possunt excitari immediate, cur non etiam intelligibiles? & hæc partem multi amplectuntur Scotiæ ob authoritatem Doctoris allatam, & Cotunius de triplici statu animæ rationalis disp. 5. sect. 8. Alii è contra adeo necessariam putant hæc conversionem potentiarum superiorum, & inferiorum in operando, ut in nullo naturali statu valeat anima conjuncta corpori intelligere independentem à confortio sensus, unde etiam seclata culpa, & in statu innocentie inquisit, quod intellectus indiget confortio sensus,

quantum est ex natura rei; ita D. Thom. p. p. quæst. 94. art. 2. & quæst. 18. de verit. art. 2. & 5. quem sequuntur ejus interpretes ibidem, Suarez lib. 4. de An. cap. 7. Ruvius 3. de An. tract. 2. ad intellectus possibilibus quæst. p. Averra quæst. 59. Morilian. in lib. de An. disp. quæst. 8. Zanard. quæst. 32. Complut. disp. 1. quæst. 8. & alii Recentiores passim.

6 Dicendum est de lege ordinaria pro hoc statu necessariam esse conversionem ad phantasmata in omni intellectio- ne; ita Doctor p. d. 3. q. 3. §. sed resp. & q. 6. sub H. & 2. d. 3. q. 8. ad p. & d. 1. q. p. & 4. d. 5. q. p. ad 3. pro opin. & quol. 1. 3. art. 2. P. & in lib. de An. quæst. 18. ubi idem tenet P. Cavellus, & P. Vulpes tom. p. part. disput. 30. art. p. & P. Smilinch. de Deo uno tract. 2. disp. 5. num. 292. est expressè Arist. c. 13. de An. 30. & 39. ubi universaliter pronuntiat animam sine phantasmate non intelligere, probat Doctor in lib. de An. loc. cit. à posteriori (quia ratio à priori difficile potest assignari, ut mox dicemus dub. sequ.) duplici experimento, quo etiam utitur S. Thom. p. p. quæst. 84. art. 7. primum est, quia læsa phantasia impeditur intellectus operatio; alterum, quia dum cupimus aliquid intelligere, formamus nobis ejus idolum, etiam dum Angelos, & alia spiritalia cogitamus, quæ sub sensu non cadunt, tunc enim phantasmata aliqua corporalia illis correspondentia, unde cum intelligimus Angelos, imaginamur altos juvenes, cum concipimus Patrem æternum, phantasmamur venerabilem senem, non enim necesse est phantasmata veritari in quocumque casu circa singulari sensibile, cupimus universale contemplari intellectus, sed sufficit, quod circa tale veritatem, vel circa aliud simile, aut aliquo modo ad illud pertinet, ut constat in exemplis adductis; imò Doctor in 4. d. 45. qu. 2. B. absolute negat, phantasmata in extra illam habere operationem, sed inquit, id apparere, quia in ea non distrabitur phantasia circa alia objecta sensibilia, nam per vehementer intellectus occupationem circa divina valde præparetur phantasiæ operatio, adhuc tamen saltem remitte, & quasi imperceptibiliter divertatur circa ea sensibilia, à quibus spiritalia nata sunt abstrahi; quod si interdum existat fit adeo sublimis, & perfectæ, ut intellectus abolvatur penitus à sensuum ministerio, id junctio- nis cum corpore glorioso, tunc enim anima ex congruenti talis status habet, ut operari possit per intellectum abique confortio sensus; Quomodo autem hic naturalis status conjunctionis animæ cum corpore possit talem dependentiam intellectus à phantasia, in operando, conatur variis rationibus explicare, ut plurimum inutilibus. D. Th. cum quis inquit hoc idè esse, quia intellectus, ut est nunc corpori conjunctus habet pro objecto proprio quiddam materiale, de cujus ratione est, ut sit in aliquo singulari, quare nequit perfectè ejus natura cognosci, nisi cognoscatur in singulari, cum ergo cognitio singularis pertinet ad sensum, non potest intellectus universale abstrahit intelligere, nisi sensus attingat singulari concretum. Hæc ratio non valet, tum quia saltem alium de objecto adæquato intellectus pro statu isto, infra videbimus; tum quia saltem est sensum attingere linguæ sub ratione singularitatis, alioquin posset discernere interdum singularia seclatis omnibus eis extrinsecis, quod constat esse falsum; tum quia etiam intellectus potest cognoscere singularia, ut inferius dicemus; tum quia saltem in abstracto poterit intellectus cogitare naturam communem singularitate.

7 Inlabis, magis dependet phantasia à sensibus externis, quam intellectus ab illa, quia intellectus est immaterialis, & abstrahit à corpore, quam phantasia, hæc operari potest nullo sensu externo operante, postquam ab eis species recepit, ut patet in somno, ergo etiam de intellectu uti potest percipit intelligibilibus jam comparatis non operante phantasia. Neg. major, nam experientia docet magis dependere intellectum à cooperatione phantasiæ, quam phantasia à cooperatione sensuum externorum, neque id arguit majorem materialitatem, & connexionem cum corpore in intellectu, quam in phantasia, quia talis dependentia intellectus est, sed ab alia extrinseca causa, quam mox subijcimus. An vero etiam in statu innocentie indiget intellectus conversione ad phantasmata, in partem negativam inclinat Doctor cit. in lib. de An. q. 18. ratio ejus est, quia in statu anima quoad actum suum non fuisset subiecta corpori, sed fuisse ipsam, & sensus ejus habens dominium, quod per peccatum perdidit, & sic quodam modo subditur corpori pro hoc statu, quoad actus suos. Hoc certum est, quod si conversio intellectus ad phantasmata non est conaturalis animæ corpori mortali unitæ, sed potius pœnalis, idè, inflicta nobis veluti pœna originalis culpæ, ut satis probabile judicat Doctor loc. cit. tunc in statu innocentie nullo fuisset hujus conversionis necessitas, & quia B. Virgo in famosa Scoti sententia caruit originali culpa, hinc deducit P. Cavellus loc. cit. ipsa intellectum in hac vita non indiguisse conversione ad phantasmata, quod valde pium est credere, cum in majorem tantæ Materis laudem cedat, neque confutet de oppolito.

8 Hinc deducit Scotus loc. cit. in 4. d. 45. q. 3. H. & L. unde obli-

vio oriatur, non enim proficitur ex deletione specierum intelligibilium ab intellectiva memoria, cum hujusmodi species indelebiter maneat in infra dicemus, sed quia deletur à memoria sensitiva, à qua dependet operatio memoria intellectus, unde rursus nostrum corroborat alterum, quia si femel adepta specie potest intellectus operari independentem à phantasia, nunquam contingeret intellectum oblivisci, quia species indelebiter maneat in intellectu, & intellectus supponitur uti posse illi sine cooperatione phantasiæ. Unum tamen hic advertendum est in dictis Doctoris, quod cum ait operante intellectu circa suum objectum abstrahit necessariò cooperari debere phantasia circa phantasmata illi correspondens, hæc addit particulam, si utraque habeat operationem perfectam, ita loquitur p. d. 3. q. 3. §. Sed resp., quod magis declarans in 4. d. 45. q. 1. ad 3. pro opin. inquit, operatio phantasiæ requiritur ad intelligendum præter conversionem potentiarum superiorum, & inferiorum in agendo, si quidem superior non perfectè operatur circa aliquod objectum, nisi inferior, quæ possunt operari, operentur circa idem, & hæc est ratio quæ distrabit potentiam animæ circa abstracta objecta impediendo operationes earum; ex quibus videtur colligi posse de mente Doctoris posse intellectum interdum adeptis femel speciebus elicere aliquam intellectio- nem valde tamen tenuem, & remissam circa objectum abstrahit abique cooperatione phantasiæ circa phantasmata correspondens, & forte hæc de causa quamplures Scotiæ tenentur intellectum non semper phantasmatis indigere in secunda motione, pro quo Bargius p. d. 1. 3. quæst. 6. §. ad aliquid de Philosopho duas adducit Scoti auctoritates, unam in 4. d. 45. quæst. 1. ad p. prim. alteram in p. d. 3. quæst. 4. in corpore quæst. valde expressas.

9 Quoad secundum dubium supra propositum, unde scilicet oriatur hæc dependentia intellectus à phantasia in operando, certum est apud omnes non oriri ex natura intellectus, ut sic, alioquin anima separata non intelligeret, & idè passim Authores dicunt provenire ex natura ipsius animæ pro suo statu naturali conjunctionis in corpore; dicunt naturalis, ut excludant statum conjunctionis cum corpore glorioso, tunc enim anima ex congruenti talis status habet, ut operari possit per intellectum abique confortio sensus; Quomodo autem hic naturalis status conjunctionis animæ cum corpore possit talem dependentiam intellectus à phantasia, in operando, conatur variis rationibus explicare, ut plurimum inutilibus. D. Th. cum quis inquit hoc idè esse, quia intellectus, ut est nunc corpori conjunctus habet pro objecto proprio quiddam materiale, de cujus ratione est, ut sit in aliquo singulari, quare nequit perfectè ejus natura cognosci, nisi cognoscatur in singulari, cum ergo cognitio singularis pertinet ad sensum, non potest intellectus universale abstrahit intelligere, nisi sensus attingat singulari concretum. Hæc ratio non valet, tum quia saltem alium de objecto adæquato intellectus pro statu isto, infra videbimus; tum quia saltem est sensum attingere linguæ sub ratione singularitatis, alioquin posset discernere interdum singularia seclatis omnibus eis extrinsecis, quod constat esse falsum; tum quia etiam intellectus potest cognoscere singularia, ut inferius dicemus; tum quia saltem in abstracto poterit intellectus cogitare naturam communem singularitate.

10 Alii Thomistæ ita rem explicant ex eodem D. Th. 3. p. q. 11. art. 2. anima rationalis pendet pro hoc statu quoad modo à corpore, ita enim ipsum informat, ut omnino ei se accommodet, & quasi ei obligata, ac quoad modo subijcitur, quod non evincit, nec in gloria post resurrectionem, quamvis enim tunc quoque futura sit unita corpori, id tamen erit cum pleno dominio supra corpus, si ergo ex tali modo informati imperfecto pendet in suo esse à corpore, consequens etiam est, ut pendat in operari, conseq. patet, quia nequit operatio esse absolutior à materia, quam potentia, cuius est operatio, cum operatio inquit operanti secundum proximam operandi potentiam; ita Ruvius, & Complut. cit. At neque hæc ratio concludit, nam falsum est modò ita animam informare corpus, ut ab eo dependat in esse, & conservari, quia non est corpori immerfa, nec de ejus potentia educata, nam operari posse independentem à corpore, etiam pro statu isto, tum quia non satis explicat, quid sit ista obligatio, & subiectio animæ ad corpus pro statu isto, & modus informati imperfectus, vel enim intelligitur in hoc sensu, quod anima sit forma materię immerfa, & hoc est falsum; vel in hoc sensu, quem Adversarii videntur intendere, quod non perfectè dominetur corpori, unde nequit corpus, quando vult, & quoquo vult, & sicuti vult movere, nec vigilare, dum libet, sed impedimentis ejus quasi moterit, & compellitur ab operatione cessare, & hoc sit ei subijci, & ab eo dependere in modo operandi, & informati; & hoc etiam non sufficit; tum quia ex hoc, & informati, & compellitur in quibusdam operationibus, in quibus cum corpore communicat, & cum brutis convenit, quia citi competunt secundum gradum sensitivum, non bene deducitur, quod pariter subijcitur in aliis operationibus spiritualibus, quæ ei convenient secundum gradum intellectivum; tum quia hæc qualicumque subiectio, quam pro statu isto habet anima ad corpus, non videtur naturalis, sed potius pœnalis, ut docet Doctor q. 18. de An. ubi ait, ex quo anima se abstrahit, ut dimittendo divinum dominium, & se ab ejus subtrahendo subijcitur, ut in peccato hanc incidere, & amittere dominium proprium, quod habebat super corpus suum, & super sensum, & ait hæc esse mentem Augustini, ut mox dicemus.

11 Suar. lib. 4. de An. c. 7. aliam assignat rationem, quia nimirum intellectus pro statu isto non recipit species, nisi dum phantasia actu operatur; quare cum nequeat intelligere sine speciebus, consequenter nequit intelligere sine conversione ad phantasmata. Hic dicitur modus coincidit cum illo, quem refert, & rejicit Doctor q. 18. cit. quorundam dicentium transeunte actu intelligendi non manere speciem, atque idè semper necessarium esse novum recursum ad phantasmata in quolibet actu intelligendi, & species intelligibiles non remanere transeunte actu intelligendi, est penitus falsum, ut postea videbimus, quamvis ergo ab initio, & ut aiunt in prima motione species non acquirit, nisi phantasia actu operante, tamen deinceps illis acquiritur, & retentis non amplius ex hoc capite indiget phantasia, unde vana prorsus est ratio Suar. ad hoc allata.

Averr. q. 5. sect. 2. ait rationem à priori hujus dependentie esse, quia intellectus noster, dum anima est unita corpori, cum rem non totitiam acquirit ministerio sensuum, licet possit se amplius elevare ad res abstractas, & superiores speculandas, tamen adhuc earum notitiam desumit ex rebus sensibilibus, non non solum in acquisitione specierum dependet ex speciebus sensibilibus, sed etiam in actuali usu specierum, & actuali exercitio suæ operationis. Neque hæc ratio valet, quia licet verum sit pro hoc statu omnem nostram cognitionem ortum à sensu ducere, non hinc tamen statim inferre licet, quod in omni motione, & usu specierum intellectus immediate dependeat à sensu, nam dicit quis, sufficere, quod in prima motione sensu indigerit, hoc enim sufficit, ut dicatur quæcumque cognitio ad illum sensuum ortum à sensu ducere, sic enim quælibet dependet immediate, vel mediate.

Morilian. cit. inquit verisimile esse hæc dependentia oriri ex sympathia statum potentiarum inter se, eo quod sint radicatas in eadem anima, hinc enim fit, ut simul, & concomitantur operentur. Neque hoc sufficit, quia sensus etiam interior, & exterior in eadem anima radicantur, & adhuc majorem sympathiam habent, & assistentiam inter se, quam sensus interior, & intellectus, & tamen sensus interior operatur non actu operante externo.

12 Dicendum igitur est cum Scot. loc. cit. hæc dependentiam non oriri ex natura intellectus, ut sic, quia tunc anima separata necessaria sit intellectus, ut sic, quod anima sit unita corpori, quia tunc post resurrectionem in gloria sic intelligeret; nec ex eo, quod anima unitur corpori mortali, quia in statu innocentie habebat homines corpora mortalia, & tamen non fuisset adstricta ad solum illam modum intelligendi; unde ergo provenire? Assignat Doctor duplicem causam, unam pro Theologis, alteram pro Philosophis; prima est originalis culpa, in cuius pœnam datus est nobis hic inimus, & adeo imperfectus modus intelligendi phantasmata à ligatus, quam sententiam inquit Doctor, docuisse inter alios præsertim August. 1. 5. de Trin. cap. ult. ubi causam inquirens, cur acie hinc lucem divini Verbi intueri non possimus pro statu isto, sic inquit, quæ causatur lucem ipsum acie hinc videre non posse, nisi utique informatus, & quæ cum tibi fecit, nisi utique inquisit, non potest autem videtur acie hinc veritas, nisi cum independentia à phantasmatis, pro quo etiam dicitur modo q. 18. de An. c. 2. d. 3. q. 8. cit. Eufat. super 6. Eth. & Lincoln. ibid. & r. Post. juxta quem dicitur modum status hinc non erit naturalis, sed prorsus pœnalis, atque ita defendit Vulpes cit. disp. 3. lect. 9. Altera causa pro Philosophis est naturalis ordo illarum potentiarum, adeo enim connexæ sunt intellectus, & phantasia pro statu isto in usu operationibus, ut superior operari nequeat abique famulatu inferioris; neque hæc est petitio principii, ut Ruvius, & Suarez. Scoti obijciunt, secundus voluntatis semper prærequirit actum intellectus circa idem objectum, respondemus talem esse ordinem illarum potentiarum, imò potius reddimus rationem primam, & immediatam; notat tamen Doctor d. 3. q. 8. quod hæc causa non est naturalis absolute, sed tantum prout natura isto modo de facto instituta est, quia ordo præfatus inter intellectum, & phantasia non est ex natura rei absolute loquendo, adeo ut talis dependentia intellectus à phantasia referenda sit ad voluntatem divinam sic disponemem five ex iura libertate, & dominio, quod obinet super omnia, five ex iustitia punitiva in pœnam originalis culpæ. Tandem Doctor utramque causam complectens in unam concludit loc. cit. quod hæc dependentia & alligatio intellectus ad phantasia est ex peccato, & non solum ex peccato, sed etiam ex natura potentiarum pro statu isto, qui quidem status, ut ipse docet p. d. 3. q. 3. §. sed resp., non videtur esse, nisi libilis permanentia legis divinæ sapientie infirmata. Itaque cum hæc conversio intellectus ad phantasmata in statu innocentie non oriatur ex natura pœnitæ, sed potius ex decreto Dei, alique causa extrinseca, minime lædit immaterialem, & inorganicum operandi modum ipsius intellectus, etiam in omni prorsus intellectio- ne pro statu isto elicit necessaria foret.

QUESTIO II

An intellectus sit purè potentia passiva in ordine ad actum intelligendi, ubi de causis intellectio-

13 Negarunt Antiquiores nonnulli omnem aditivatem intellectus in ordine ad actum intelligendi afferentes ad illum non concurrere, nisi in genere causæ materialis actum ipsum in se recipiendo, & sustentando, ita Gotfred. quol. 6. g. 7. apud Scotum p. d. 2. q. 7. landun. 3. de An. q. 13. & 24. Venet. in summa de An. c. 7. & ipse D. Thomas p. p. q. 56. art. 1. & q. 79. art. 3. ad p. & q. 85. art. 2. ad 3. & qui-

